

qualitatem. Hac enim adhibita erit ignorantia invincibilis, secus si non sit sufficiens: sive obligatio nascatur ex officio, si ve aliunde, dummodo negligentia proportionata sit. Probatur eadem ratione, quidem n. 34. probavimus de ignorantia facti. Et ita docet *Suar. 10. s. in 3. p. disp. 4. sect. 8. n. 16, 17. & 18. documento 2.* Atque ita quoque prudentis arbitrio relinquitur docuit *Vasq. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 123. c. 2. n. 7.* Unde si vir indoctus sit, viros doctos, & carentes morali suspitione male consulendi ex militia, aut ex negligentia, consulere debet. Si autem vir doctus sit, debet studium sufficienter adhibere, ut vel sic ignorantiam culpabiliter evadat. Ut bene docet *Vasq. eod. 7. Suar. eod. n. 18. documento 2.* Et ut bene ait *Zumel. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 4. col. parvuli, vobis sentia (scilicet) aliqui excusantur consilendo aliquem, alii tamen illum consulendo non excusantur.* Ut vicia, vel rusticis consilientibus parochum excusantur, & tamen sepe viri urbanos non excusantur.

37 Ex his primis deducitur, excusari ignorantem jejania, vel fella, que in ea hebdomada occurrunt, & ob id ea non servantur, si die Dominica Missæ intermissæ, in qua parochus indicare ea consuevit, nec tamen indicit. Quia moralem diligentiam communiter adhiberi solitam, in eam rem sciendam consultit. Sic *Cordaba in questionibus, lib. 2. q. 23. in fine. Azor. 10. s. in 3. p. disp. 4. sect. 8. n. 16, 17. Sum. 2. edit. c. 23. concl. 7. n. 9. in fine.* Idem dicendum est, si non interfuit, ut rogavit eos qui interfuerit, qui testantur parochum nulla indixisse. Quod si nec interfuerit nec alios interrogavit, nec per se nota, censetur ignorantia culpabilis, nec ab eorum præceptorum transgressione excusans. Ut bene docet *Cord. & Major. lib. 1. Navar. summa Hispanica c. 21. n. 7. Part. 2. Missas, n. 190. de confat. d. 1.* Quod tamen intelligendum censet, quando ille aliquo principio saltem dubitandi habuit, an aliqua fella, aut jejania in illa hebdomada occurrant: si eadem ad id non advertit, erit ignorantia invincibilis iuxta dicta n. 32.

38 Deducitur, non admittendam esse eam regulam, quam nonnulli tradunt, nimirum, ut quoties quis rei illicitæ operam dat, effectus subsecutus culpæ imputetur, nec censetur ignorantia culpabilis facti, quantacumque diligentia adhibita fuerit. Hanc regulam videtur tradere. *D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 8. & expressè eam tradunt Gabriel. 4. d. 15. q. 14. art. 3. d. 1. 2. ad hunc finem casu occidentem præmissa omni diligentia teneri relictæ: & communiter Doctores juris Pontificii, e. *Continebatur, de homicid.* (Ut testatur Covar. stat. in allegandis.) Sed hæc regula non est admittenda. Quia ea rei illicitæ potest in ratione causæ esse omnino ignorata, ita ut nulla circa effectum occurrat cogitatio, aut dubitandi ratio: aut si occurrat, potest moralis diligentia ad eum vitandum adhiberi. Ergo in his eventibus ignorantia erit invincibilis, & nil referet, si vice ignorantis operam rei licitæ, si vice illicitæ debeat, cum respectu effectus sic ignorat, in utroque casu sit aquè invitus. Et ita docet *Sylv. verb. ignorantia, q. 6. Cajet. 2. 2. q. 64. art. 8. & 11. 2. q. 76. art. 3. disp. 3. in fine. Vasq. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 124. c. 2. n. 3. Covar. c. Alma mater, 1. p. §. 10. n. 6. Suarez. 2. 2. in 3. p. disp. 4. sect. 6. n. 1. & alii, quos ibi referunt. Quæ sententia est apertè *D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3. ubi a pari dicitur occurrat occidentem patrem exigentem esse quemdam hominem communem.* Concedit ergo ignorantiam invincibilem aliquis circumstantiis, dando operam rei illicitæ.**

39 3. Deducitur, interdum aliquid majus studium quam humanum desiderari, ut ignorantia sit invincibilis, nimirum orationes, & penitentias, ac peccatorum expiationem, petendo à Deo illustrationem. Quod maxime in fidei materia contingit. Ut si quis in fidei materia hesitans non habere catholicorum Doctorum copiam, sed tantum hereticorum, quos consulere, nec per se possit ea se dubitatione liberare. Et ratio est, quoniam ea est negotii hujusmodi natura, ut studium humanum non reputetur sufficiens moraliter ad cognitionem necessariam obtinendam. At quicumque tenetur querere finem, tenetur etiam ad id necessaria querere, & impedita auferre. Et ita docet *Valen. 1. 2. q. 76. art. 6. in fine. Vasq. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 124. c. 2. n. 3. Covar. c. Alma mater, 1. p. §. 10. n. 6. Suarez. 2. 2. in 3. p. disp. 4. sect. 6. n. 1. & alii, quos ibi referunt. Quæ sententia est apertè *D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3. ubi a pari dicitur occurrat occidentem patrem exigentem esse quemdam hominem communem.* Concedit ergo ignorantiam invincibilem aliquis circumstantiis, dando operam rei illicitæ.*

40 Tandem monerunt inadvertentiam, seu oblivionem actuum frequentiam absque culpa contingere, quam ignorantiam habitalem. Quod illam prevenire non tam facile in nostra peccata sit, nec teneamur semper extraordinaria remedia adhibere ad illam præcavendam. Hanc autem semel ad discendum postquam pro omnibus actionibus toto vitæ decursu occurrentibus expellere.

41 Ultima difficultas est. An ignorantia, que vincit nequitiam in actu prodit, ac potuit antea vincit, excuset à culpa. X. gr. quis sua negligentia mortali non didicit, quod ratione officii, vel communi Christianorum lege dicere tenebatur, deinde quando non est, a quo instrui possit, peccat ignorantiam transgreditur præceptum edens carnes, aut non jejunas, aut omittens sacrum. Et similiter quando quis culpa sua mortali inebriatur, & ebrius factus committit peccata, que detecta ulius rationis non est in sua potestate vitare: difficultas est, an hæc peccata ratione impotentis, aut ignorantie excusentur? Quæstio hæc non solet ita generaliter disputari, sed in casu

ebrietatis à plerisque disputatur: sed eadem est profusus ratio, & idem in utroque evenit dicendum. Cum in neutro evento aliam libertatem ea facta habeant, quam in sua causa. Multi ergo agentes de ebrietate mortali, censent peccata in ebrietate commissa culpæ imputari: utpote quæ libera in sua causa fuerunt. Hi sunt *D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 4. ad 4. & 2. 2. q. 150. art. 4. corp. & ad 1. Cajet. Sum. verb. Ebrietas, ubi Syl. q. 4.* Alii autem moderatius loquuntur, dicentes non omnia, sed sola prævicia, vel que prævideri debebant, culpæ imputari. Dicunt autem *Cordaba, & Cajet. prævicia censeri, quando quis extrationem, ebrietatis tempore, vel illa peccata in specie, ut detractionem, vel in genere, ut peccata lingue se perpetraret, vel novit in communi se aliqua peccata committere.* Ea vero dicunt debere prævideri, quando ebrius expertus est suas inclinationes eo plus ad peccatum pronus esse, quod magis inebriatur. Quod si nunquam id expertus sit, utpote qui tunc primo inebriatur, dicunt eum debuisse prævidere peccata communiter ab ebriis perpetrari solita, etiam non omnes ea committat. Sic *Cajet. 2. 2. q. 150. art. 4. disp. 2. verb. Ad horum evitandam, & vobis, seg. Sayr. clar. regia 1. 2. c. 9. num. 42. Cordaba in suo questionibus, lib. 2. q. 23. col. 2. verb. Nota ad declarandum.* Et eadem diffinitio videtur *Leonard. 1. 4. de just. c. 3. d. 3. n. 275.* non tamen ita latè explicat, quando prævideri poterant, sed dicit tunc esse, quando ea expertus est, aut dubitavit loquenda.

42 At quæstionem hanc optime notat *Vasquez 1. 2. q. 76. art. 3. disp. 127. c. 3. ubi c. 4. diluit rationes contrarias.* Dicendum ergo est, etiam si eventus solent esse frequentes ei qui inebriatur, si tamen tempore, quo inebriari voluit, non habuit prolixam ullam dubitationem, aut cogitationem de illis, nec in specie, nec in genere, minime imputari culpæ. Quia procedunt ex quadam inadvertentia naturali, ac proinde nec in se, nec in sua causa liberi sunt. Quare cum *D. Thom. 1. 2. q. 20. art. 5.* ait eventus non prævidios frequentes tamen eventus imputari: id asserit, quod circa illos ferè semper solent alius periculi cogitatio, in universoni occurrere, etiam in singulari non occurrat. Quod si neutro modo occurrat, non imputantur culpæ. Quod si cum inebriari vult, advertat peccata, & pericula inde confluunt, tunc imputantur culpæ, si non adhibet prudentem, & curam diligentem, ne aliquid illorum eveniat: ea autem adhibita etiam postea eveniant, minime imputantur. Nec similiter imputantur quando juxta temporis, & loci circumstantias nullum apparet periculum, & adeo nulla diligentia in id cavendum colata est. Sic *Vasquez. eod. c. 3. n. 8. 9. & 10.* Quando ebrietas est solam venialis, mala que in ea prævideri potuerunt, erunt venialia. Quia cum in sola causa sint voluntaria, nequeunt majorem culpam habere, quam causam. Et quoniam ebrietas sit mortalis, negligentia vitandi fuit levis, erunt venialia. Ut bene utramque docet *Leonard. lib. 4. de just. c. 3. n. 26. 27. & 28.*

43 Duo tamen observanda sunt. Primum est, ebrius communiter non peccat ea, que alias peccata essent, nisi ab aliis irritatis, & ita communiter esse à calu, nec teneri ebrius ea præcavere. Quod irritatum culpæ id potius tribuendum sit, ac respectu ebriorum casu accidit. Sic *Vasquez. eod. c. 3. n. 10.* Hoc tamen ego limitare, nisi eo loco se inebriatur, ut si prævidenter fore, ut ab aliis irritentur, & sic fore periculum ea peccata perpetrandi. Tunc enim exitimo teneri eos ea pericula præcavere, & alias eis culpæ imputari. Quia si ea damna voluntaria in se estent, quamvis adesse culpabilis aliorum irritatio, culpæ tribuerentur. Ergo idem dicendum est, quando in causa culpabilis prævitiatur. Quare respectu ebri non casu ea damna accidant. Cum enim irritationem tutam prævidere, & se culpabiliter irritabilem effecerit, atque irritandam expulerit, voluit proculdubio subinde quiddam cum ebrietate, & irritatione moraliter connexum est, & preterea scandalum generalis peccatum occurrere præbendo adstantibus proximam irritandi ad ea peccata occasionem.

44 Posterius est. Primum ebriorum dicta, vel facta ex se iniqua non reputari culpabilia, etiam prævidenter. Quia vel nullum damnium inferunt, atque in ebrietate commissa desunturant prolixis ratione malitie, quam habent in mente sana facta. Ut verba, vel facta contumeliosa. Quippe tempore ebrietatis talia in communi hominum estimatione non reputantur contumeliosa, sed tamquam factæ admittuntur, atque ita ipsæ adversus quos dicuntur, vel sunt, tantum abest, ut loco contumelie ea accipiant, ad iramque excitentur, ut potius obediuntur, & rideant. Vel quia pollutant scienter heri, ut imputentur. Ut sunt blasphemie, infidelitas, perjury. Quæ vero damnium proximo inferunt, imputantur si prævidentur. Quia non minus lædunt in ebrietate, quam sane mentis tempore commissa. Sic cum *Major. Vasquez. eod. c. 3. n. 11. & Sayr. eod. num. 42.* Sed quamvis hoc mihi placeat quo ad contumelias erga hominem, ad displicere de blasphemis, perjury, & infidelitate. Quia licet ea peccata in se non sint voluntaria, nec scienter fiunt, at in causa sunt prævicia, & libera: nec Deus ea acceptat, ut lætias. Quare non video cur non culpæ imputentur. Insuper quia perjury in inadvertenter dictum est mortale, quando in causa prævitiatur est, nimirum in prava jurandi inadvertenter consuetudine, nulloque in eam auferendum remedia appolito. Ut dicemus in tractatu de perjury. Ergo sufficit libertas in causa, ut hæc peccata imputentur. Et ita imputari blasphemias ajunt *Cajet. 2. 2. q. 150. art. 4. disp. 2. verb. Ad horum evitandam, Toledo in sum.*

sum. post 7. l. v. art. de 7. peccatis mortalibus, c. 61. num. 5. Insuper ad idem ibid. Vasquez, peccata carnis, ut fornicationem, & pollutionem prævicia imputari ebriis: secus autem si in somno eveniant. Quod non fonsus sit causa naturalis, ebrietas autem præter naturam, mirum non est, si aliqua in somno eveniant culpa non tribuantur, quæ utique in ebrietate eveniantur. At damnium proximi ex utraque causa pullulant: aut cavendum, ne culpæ imputentur, non approbo. Quia est in proculdam, ne culpæ imputentur, non approbo. Quia est in damnium tertii fatetur ibi Vasquez. Similiter in quantum aut ebrius imputari pollutionem prævicia, nisi illam cavere curet: sic distinguendum censo. Aut enim pollutio ex nimio illo potui vini, absque alia ebrii irritatione confurgit, & tunc non credo, illam cavendam fore mortali. Quia (ut dixi lib. 9. de matrim. disp. 45. num. 17.) pollutio prævicia in causa, nec intenta, quæ ex sola gula mortali provenit, non est mortalis. Si autem procedat ex eo quod ebrius tactibus, aut aliis rebus inhonestis se ad pollutionem provocet, tunc bene ait Vasquez eam ab ebriis cavendam esse, ne ad culpam mortalem imputetur illi.

45 Sed dubitabis, an hæc peccata ex ignorantia initio culpabilis confluunt, facta tamen tempore, quo ex vincit nequitia, & similiter aut ebrietatem prævicia, quæ ebriis imputari, afficiantur aliqua nova malitia præter malitiam suæ causæ? Et fatendum est ea non addere novum malitiam gradum supra malitiam adus voluntatis, in quo directè vel indirectè volita sunt. Quod fatetur *D. Tho. 4. disp. 17. q. 2. art. 2. questionibus. a. ad 2. Suarez. 10. 2. de religione, l. 3. de juram. cap. 7. n. 7. Et Vasq. 1. 2. q. 71. art. 5. disp. 94. c. 3. num. 9. & q. 76. art. 3. disp. 127. dicens esse hoc abique controversia. Et ratio est, quia peccatum in tantum est malum, in quantum voluntarium. Cum ergo secuto opere non ageatur prior voluntas, nec prior malitia augebitur. At fatendum est, peccatum illud præcedens negligentie cavendi futuri periculi prævici, eo esse gravius, quod plura peccata futura in eo prævicia sunt. Quippe omnia illa tenebatur hic vitare.*

46 Difficultas autem eo pertinet, an ea peccata sint dicenda in se peccata, an solum in sua causa? Quodam censent si voluntas illa, qua directè, vel indirectè volita sunt, non interruptur per penitentiam, antequam deveniant in factum, in quo cavere non possunt, censeri peccata, non in se proprie loquendo, sed in sua causa. Si autem sit per penitentiam interrupta, nullo modo esse peccata. Sic aliqui, quos refert, & sequitur *Azor. 10. l. lib. 1. institutio moralium, cap. 14. quæst. 3.* Alii exillam in priori casu, nempe, quando voluntas per penitentiam non est interrupta, esse peccata in se, sed non distincta malitia à malitia suæ causæ, sed dici peccata denominatione, & imputabilitate extrinseca, quam contrahunt ex præterita negligentia voluntaria: at in posteriori, nimirum, quando voluntas per penitentiam interrupta est, non esse peccata: at esse fatenda. Hanc partem, alios referens, secutus sum *libro deo de matrimonio, dispensatione 45. num. 28. & triplici sega.* Aliis vero placet ea non esse peccata etiam denominatione extrinseca, derivata malitia in ipsa ex voluntate præcedenti, sed esse solum quoddam peccati præcedentis effectum, sed esse fatenda illa ex se peccata, & quæcumque alia opera que sunt, quando iam non manent in operantis potestate, non informari malitia aliqua morali, ut idem peccatum cum priori voluntate consistant. Sicut autem exterior quædam sub voluntatis potestate perseverat, constituit idem peccatum in genere moris cum voluntate præcedenti. Quare dicunt esse solum præcedentis voluntatis effectus, sicut quando quis enecat hominem, mors, non est peccatum, sed peccati effectus: & hoc quamvis voluntas mala prior non sit per penitentiam interrupta. Ducuntur, quia tamdiu actus externus est capax malitie moralis existentis in interiori mala voluntate, quamdiu liber est. At actus in somnis, & ebrietate contingens, & quando vitari jam nequeunt, liberi non sunt. Ergo malitie moralis sunt incapaces. Sic alius citatis tenet *Vasquez 1. 2. q. 71. art. 5. disp. 64. toto c. 2. & 3. Azor. 10. l. instit. moral. l. 1. c. 7. q. 1. Unde refert Vasquez num. 16. non esse necessarium exprimere in confessione hoc peccatum mox in somno, vel ebrietate, vel quando vitari nequeunt, non apponendo diligentiam ad ea præcavenda, cum prævicia fuerint. Secus autem, quando opus externum est in peccatum: quia liberè semper manet in nostra potestate. Tunc enim non fat est actus voluntatis internum fati. Et idem docet *Suarez. eod. lib. 3. c. 8. num. 5.* loquens de perjury in advertenter dictis, volitis in sola causa, nempe, in jurandi consuetudine. Et fatem quando voluntas illa mala est per penitentiam interrupta, dicit *Azor. in quæst. num. satis dubium esse, afferere esse fatendum eventum mox præteritum voluntatem contingentem.* Omnes has tres sententias censo esse satis probabiles, & tunc amplèdè posse.*

47 Id tamen in omni sententia fatendum est, illa peccata ante ebrietatem, vel somnum, aut quando vitari poterant, prævicia inducere irregularitatem, excommunicationem, ac restituendi obligationem, perinde, ac si in vigilia liberè commissent. Et hoc est verum, quamvis voluntas illa prior sit per penitentiam interrupta, nec iam adus vitari possit.

Quia ad hæc incurrendis factis est liberam illis causam dedisse, ac effectum esse subsecutum. Quod in omni sententia esse dicendum bene ait *Vasquez. in disp. 94. cap. 4. in fine, & Azor. eod. 7. q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.* Credo tamen hoc debere in peccatis solius oris: si enim excommunicatio esset lata in perjury, non credo claudi volitum in sola causa, nempe, uli jurandi inadvertenter. Ut bene ait *Suarez. eod. f. 8. num. 6.* ubi etiam bene addit, non claudi ejusmodi perjury in perjury referre, sed quod in se est volitum.

CAPUT XVII.

Qualiter ignorantia, oblivio, vel inadvertentia, quando vincibilia sunt, excusent à præcepti transgressione, illiusve culpam minuant?

SUMMARIUM.

Hæc quando vincibilia sunt, non excusant à culpa, n. 1. Quid, si sit ignorantia vincibilis concomitans? n. 2. Ignorantia vincibilis etiam crassa, dummodo sit consequens, & non affectata, minuit culpam? n. 3. Quid, si sit affectata? Referuntur sententia, n. 4. Proponitur sententia Auctoris, n. 5. Quid, si sit ignorantia vincibilis concomitans? n. 6. An ignorantia vincibilis sit per se peccatum speciale? Referuntur duplex sententia, n. 7. Et sententia Auctoris, n. 8. An tamdiu homo peccet, quamdiu ignorat, vel quando hoc peccatum committit? n. 9. & 10. An sit speciale peccatum declaratur, n. 11. An non curans scire præceptum tenetur hoc fati, et si non transgrediat? n. 12. An ignorantia, & negligentia sciendi sint dicenda peccata? n. 13. An peccata ex ignorantia culpabilis commissa sint ejusdem speciei moralis cum peccatis scienter commissis? Referuntur varia sententia, n. 14. Proponitur sententia Auctoris, n. 15. Ad quam speciem peccati pertinet, quando quis suum munus ignorat, & pericula ex ea ignorantia confluxerunt? n. 16. Ignorantia quælibet culpabilis excuset, ut quodcumque opus malum cum eo effectum, sit tantum veniale, n. 17. An aliquando ignorantia moraliter culpabilis excuset à mortali transgressione præceptorum? Referuntur duplex sententia, n. 18. & 19. Explicatur sententia Auctoris, n. 20. Qualiter transgressores præcepta humana bona intentione putant esse causam sufficientem, cum non sit, excusetur à mortali? n. 21. An sit necessario explicandum in confessione, an peccatum scienter, an potius ignoranter commissum sit? Referuntur quædam opinio, n. 22. Explicatur sententia Auct. & quando ignorantia est affectata, n. 23.

I Prima conclusio sit. Ignorantia, inadvertentia, & oblivio quando vincibilia sunt, non excusant actum à culpa. Hanc fatuit *D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3. ab omnibus receptis.* Imò esse aliquam ignorantiam non profusam culpam excusantem, sed illam minuentem, est de fide. Ut *num. 3.* dicemus. Ratio est, quia quod ignorantia vincibilis latet, est voluntarium, et si indirectè. Cum enim ipsa ignorantia sit culpabilis, & voluntaria, quidquid ex ipsa sequitur est voluntarium.

2 Et hæc quidem conclusio non tantum est vera de ignorantia vincibilis confluente, sed etiam de concomitanti. Quod omnes fatentur. Quia (ut dixi c. præced. n. 4. in fine) hæc ignorantia est tunc voluntaria, & proinde dicitur etiam confluens, quatenus actum voluntatis sublegetur, & ideo illiusque ratio nam præced. tradita.

3 II. Conclusio. Ignorantia vincibilis minuit culpam, reddens eam levioram, quam si scienter admiffa esset. Conclusio est *D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 4. ab omnibus receptis.* Imò esse aliquam ignorantiam minuentem culpam est de fide. Ut constat ex c. 15. Num. Exco. 21. Joan. 19. Act. 3. 1. ad Timoth. 1. Lucæ 12. Et ratio est, quia minuit rationem voluntarii. At peccatum eatenus est peccatum, quatenus est voluntarium. Et hæc conclusio ab omnibus admittitur de ignorantia etiam crassa, imò non sit affectata.

4 De affectata autem *Valen. 1. 2. disp. 6. p. 103.* dicit hæc augere peccatum quo ad speciem positivam, quam habet peccatum ex objecto, eo quod ex vehementi affectu in ipsum vult voluntas ignorantiam: at minuere, quo ad alteram speciem, quam peccatum sortitur ex defectu, & privatione rectitudinis debite, in quo elementariter eius malitia consistit. Quod hic defectus minus voluntarius sit, dum actus ignoratur. At *Azor. 10. l. 1. inf. moral. c. 14. q. 1.* ait quædam ex parte minuere, nempe, quia minus voluntarium est, quod tali ignorantia efficitur, utpote quod non est directè, & in se voluntarium, sed indirectè, & in sua causa.

5 III. Tamen conclusio sit. Si ignorantia affectata sit ad liberius, & absque conscientia remorsu peccandi finem, non minuit, sed auget peccatum: & ita gravius est, quam scienter commissum. At si sit ob alios bonos fines, minuit culpam. Ut si quis affectet ignorare jejuniis dies, ut ejus culpa levior sit, nec ita præced.

timor iacturae honoris, vel multo maioris rei familiaris excusat a restitutione. Et necessitas mediocri, & aliquando utilitas magna excusat a jejuniis, auditione sacri, & similibus praeceptis. Ut in propriis locis videbimus. Quale autem malum sufficit ad excusandum, seu quae necessitas, & utilitas, non potest certa regula praeribi. Quia quod dignius est, ac urgentius obligatio praecipiunt, eo maior necessitas vitandi mali excusans desideratur. Et ideo circa singula praepcepta est necessarium hoc disputandum in propriis locis.

CAPUT XIX.

Quando non potens implere totum praecceptum tenetur ad partem?

SUMMARIUM.

Referantur tres sententiae, n. 1. 2. & 3. Proponitur quaedam distinctio praecipi de re dividua, & individua, & explicatur in votis, & aliis praecipiis, quando sint de re dividua, & quando de individua, n. 4. Quando praecipiunt de re dividua, qui non potest totum implere, non tenetur ad partem, n. 5. Quid de non potente audire integrum sacramentum? n. 6. Quid de carnis brevitate, in quo sit integra hora canonica? n. 7. Quid, quando praecipiunt de re dividua, & pars, ad quam est impotentia, certo consistat, n. 8. & ibi quid, si non certo consistat, ut si quis integras horas recitare nequeat? An non valens jejunare totam quadragesimam, tenetur ad partem quam potest? n. 9.

DE hac re parum apud Doctores scriptum reperio. Navar. c. Quando, de consecr. d. 1. c. 22. n. 15. tradens aut totum officium canonicum persolvere nequens, ad partem persolvendam tenetur: respondet id ex impotentia ad majorem officii partem persolvendam deducendum esse: ac proinde impotentem ad hanc non teneri ad minorem partem, quamvis ad eam potens sit: potentem vero ad eam majorem partem, ad eam teneri, quamvis a minori persolvenda excusetur ratione impotentiae. Dicitur, quod non quilibet alicujus partis recitanda potentia, cum reliquarum impotentia ad eam obliget. Id enim innumeris scriptulis, ac perplexitatibus patet: vixque valetudinaris esset, qui saltem brevem aliquam officii canonici horam recitare non posset. Cum tamen experientia telle, ita minutatim nullus potentiam hanc expendat, ad obligationem hanc inducendam. Rursus nec quilibet impotentia partis recitandae excusat a reliqua, ad quam potentia adest. Nec jure definitur quanta pars, ad quam est potentia, vel impotentia, reliquam partem ad se trahat: ac proinde prudentia arbitrio relinquatur, argumentum c. De causis, de offic. deleg. Nec videtur apertius aliud iudicium, nec tunc conformis occurrere posse, ad hoc dividendum, quam ut major pars trahat ad se minorem, atque ita impotens ad majorem excusetur etiam a minori, ad quam est potens; at potens ad majorem, ad illam tenetur, non tamen ad minorem, ad quam est impotens. Quia in jure id regulare est, ut major pars ad se minorem trahat, c. 1. De his qui sunt a majore. Hac Navarrus. Et expressè loquitur non solum de infirmis, aut valetudinaris, sed de laborantibus etiam quocumque impedimento. Nam n. 9. proponens quaestionem, sic proposuit. An aeger, vel alius, qui non potest integrum officium recitare, tenetur ad partem. Et n. 15. exemplum addit in impotentia ob brevium defectum. Et n. 17. & 18. eandem tradit doctrinam, quando ad eandem horam canonicam integrè recitandam adest impotentia: si enim ille potens sit ad majorem illius horae partem, tenetur ad illam. Unde irritandos fuisse quosdam, qui ob brevium defectum nequens matutinum integrum persolvere in itinere, excusari se omnino putabant, cum possent omnia praeter lectiones, & responsoria majora recitare. Eandem sent. loquens de infirmo, aut caeco tenentem sententiam tractans de solo infirmo nequente majorem officii partem recitare, dicens excusari a toto officio, non tamen excusari a majore parte, si illam potest, est a minori, quam non potest, excusatur, tenetur Azor. 1. l. 1. in infir. morib. c. 13. q. 4. Eandem tenet loquens de infirmo, & de carentibus brevioribus, addens si non potest majorem partem, vel ferè aequalem, ad nil teneri, tunc si potest majorem, vel ferè aequalem partem, & abstinentiam a carnibus, nec obliget, quando aliquod excusat substantiam impleri nequit: ac quo ad accidentaliter illud injuncta est dividuum, ut horam recitationis. Ac proinde qui culpa sua, aut necessitate coactus horam anticipat, tenetur in reliquo substantiam jejunii servare. (Ut tractatu de jejunio dicemus.) Sic qui culpa sua, aut absque ea non potest integrè praecipiunt missae, quo ad accidentaliter servare, tenetur ad partem substantialem, utpote quae ad accidentali optime dividi potest. Et pro hac parte est Navar. cap. Quando, de consecr. d. 1. c. 11. n. 16. ubi ait obligatum ad missam audiendam, nec potentem audire totam, teneri ad eam partem, quam verimiliter praecipiens intendit, & in qua militat eadem ratio, quae in tota. Et favent qui censent non assillemet consecrationi peccare mortaliter. Quia est tempus modicum fit, omitterit pars pertinens ad faci-

quando, perplexitas non reperitur. Cum facile quis experimento, ac medico corporali, & spiritali consultis, dignoscere possit, an aliquibus diebus jejunare possit. See Manuel, q. regularibus, l. 1. q. 42. a. 10.

3. Aliis placet, inferri ad eam partem recitandam teneri, quam commode potest. See Petrus de Leds. 2. to. sum. tract. 9. c. 4. fol. 1056. diffie. 3. Haec sunt, quae apud Doctores invenire potui.

4. Sed ut meam sententiam explicem, suppono duplex esse praecipiunt, quoddam de re individua: alterum autem de dividua. Rem individua voco, quae commode dividi non potest, nec in parte salvatur ratio praecipi. Dividua autem, quando in parte salvatur ratio praecipi, sicut in toto, & una pars ab alia non pendet. Exemplum primum sit in praecipto jejunii unius diei, vel auditionis sacri uno die, respectu unius horae canonicae: vel quando quis vovit semel recitare psalmos penitentiales, vel tertiam partem circuli virginici, vulgo, an tercio del Rosario: vel quando quis promittit certum numerum precum ob specialem quandam pietatem. Ut quinquies Pater, & Ave, in memoria quinquè vulnerum Christi. Exemplum secundum, in praecipto septem horas canonicas quotidie recitandi, in quolibet enim salvatur ratio praecipi. Et in jejunio totius quadragesimae, jejunium enim singulorum dierum dividuum est ab alio. Item si quis promittere integrum circulum virginum, qui tribus partibus in communi aestimatione dividitur constat. Quod intelligo, est in ternario illo num. vovens specialem aliquam pietatem spectaret, quae abque eo numero non reperitur. Ut si id voveret in sanctissimae Trinitatis memoriam. Quia cum illa partes communiter dividitur, & in quolibet invenitur ratio praecipi, quae in toto datur, quilibet enim circulus virginum appellatur, est in quolibet non salvetur ea ratio specialis pietatis, censio votum esse dividuum. Et vel maxime, quod ubi de contraria voventis intentione non constat, censetur votum instar praecipi Ecclesiastici ea de re obligare. (De in tractatu de voto dicemus.) At hoc quando est de re de se dividua, obligat modò dividuo, & ad singulas partes aequè, ac ad totum. Ut Ecclesia quadragesimae jejunium instituit in memoriam jejunii quadragesimae Christi: & septem horas canonicas, ut Davidem imitaretur dicentem Ps. 118. Septies in die laudam dicit vobis. Et tamen praecipta haec dividua iudicantur. Et similiter dividuum votum iudicatur, quando quis trium dierum jejunium voveret in reverentiam sanctissimae Trinitatis. Quod dies illi jejunii a se, & in communi aestimatione dividuntur. Similiter obligatio est dividua abstinentiae a cibis prohibitis etiam recitari unius, & eisdem diei: & abstinentiae ab operibus servilibus respectu eisdem festi. Huius signum est, nam quoties quis eadem die cibis prohibitis vescitur, aut servilia vicia exercet, toties peccat.

5. Hoc ergo supposito, sit prima conclusio. Quando praecipiunt de re individua, qui non tenetur ad totum, quo censetur integrè mortaliter impleri praecipiunt, non tenetur ad partem: ut qui potest jejunare necque ad undecimam noctis horam, non tamen ultra, non tenetur usque tunc jejunare. Et qui tertiam partem circuli virginici, vel psalmos penitentiales vovit, nec potest totum recitare non tenetur ad partem. Et idem in omnibus illis praecipiis, quae de re dividua esse dixi n. 4. Disti, quando non potest implere id, quo censetur mortaliter integrè praecipiunt impleri. Quia ad id tenetur, si pars quam non potest, est ita modica, ut ea scienter omitta non impediret integrum moraliter praecipi in petitionem a peccato mortali excusantem. Ratio est, quia id praecipiunt commoda non patitur divisionem, ut est in praecipto dividi potest, & vel totum, vel nulli parti obligat ad satisfaciendum. Ergo ubi toti satisfieri nequit, cessat obligatio partis.

6. Hinc primo deducet aliquis, accedentem causa audiendi sacri tempore, quo praefato dicitur, est non sit aliud, minime teneri audire. Quod ab eo loco missa non dicitur integra secundum omnes. Et praecipiunt de missa audienda sit de re individua. At contrarium mihi suadeo, & censio teneri audire. Quia (ut bene ait Suarez 3. 1. in 3. p. 9. 33. ar. 6. disp. 88. sect. 2. folio 1314.) ea quae a consecratione usque ad consumptionem continentur, sunt maxime necessaria, & per se primo intenta in praecipto audiendae missae, utpote in quibus sacrificii substantia consistit: reliqua autem sunt accidentaria annexa ad eius perfectionem, maioremque sollemnitatem. Quare sicut quis praecipiunt jejunii unius diei fit quo ad substantiam individuum, ut unicam comestionem, & abstinentiam a carnibus, nec obliget, quando aliquod excusat substantiam impleri nequit: ac quo ad accidentaliter illud injuncta est dividuum, ut horam recitationis. Ac proinde qui culpa sua, aut necessitate coactus horam anticipat, tenetur in reliquo substantiam jejunii servare. (Ut tractatu de jejunio dicemus.) Sic qui culpa sua, aut absque ea non potest integrè praecipiunt missae, quo ad accidentaliter servare, tenetur ad partem substantialem, utpote quae ad accidentali optime dividi potest. Et pro hac parte est Navar. cap. Quando, de consecr. d. 1. c. 11. n. 16. ubi ait obligatum ad missam audiendam, nec potentem audire totam, teneri ad eam partem, quam verimiliter praecipiens intendit, & in qua militat eadem ratio, quae in tota. Et favent qui censent non assillemet consecrationi peccare mortaliter. Quia est tempus modicum fit, omitterit pars pertinens ad faci-

sacrificii substantiam. Quos in tractatu de auditione missae referemus. At si quis non potest missae interesse, nisi usque ad consecrationem, non censetur cum obligatum. Quia praecipiunt necque moraliter integrè implere quo ad substantiam.

7. Secundo deducitur, non esse universaliter verum, quod tradit Navar. (ut ex ipso recitat n. 1. ad finem) nempe, irridendos esse, qui se a recitandis matutinis excusatos esse ceperunt, quod breviter careant, in quo lectiones, & earum responsoria recitare valeant, si psalmos recitare possint. Quippe cum respectu singularum horarum praecipiunt sit de re individua, non est confusendum ad potentiam majoris partis horae recitandae, ut ea ad se minorem trahat: sed spectandum est, an recitata parte possibilibus ceperunt moraliter ei praecipto satisfaciendum, ita ut voluntaria alterius partis omisso non esset mortalis. Juxta regulam n. 5. traditam. Et ita si matutinum esset feriae, vel sancti simplicis, credo eos non excusari. Quia omisso trium lectionum, & earum responsoriorum, quae ad integrum matutinum desiderantur, esset materia parva, ac proinde morale matutini integritatem non tolleret, secus si esset matutinum festi duplicis, aut semiduplicis, in quo novem lectiones, & octo responsoria omittenda essent: tunc enim cum ea sit pars notabilis, quae omitta non fatisset integrè moraliter praecipto, ideo nullatenus id praecipiunt obligat.

8. Conclusio 2. Quando praecipiunt de re dividua, & pars respectu cuius est impotentia, est certa: ut contingit quando breviori defectu non potest integrè officium recitari, tunc quaecumque hora canonica possit recitari, & tenetur quis ad illam recitandam, & in hoc non approbo contrariam Navar. sententiam relata n. 1. Si vero pars illa non possit esse omnino certa, sed perplexitatis, & scrupulorum occasio esse possit in quantitate partis, ad quam est potentia, traditanda: tunc censio servandam esse regulam n. 1. traditam, ut major pars trahat ad se minorem. Atque ita si desit potentia ad majorem officii partem, cesset obligatio ad reliquam, ad quam forte est potentia. Si autem potentia sit ad majorem partem, illa est persolvenda, minori omitta, ad quam est impotentia. Ut contingit in iis, qui ratione defectus bonae valetudinis, vel ob urgentis aliquid negotium excusantur ab officio recitando. Ratio prioris partis est, quia cum obligatio sit dividua, & constat partem aliquam dividuam, quae est integra praecipi materia, potest facile, & commode impleri, nulla perplexitatis, & scrupulorum occasione data, non est cur ab ea implenda quis excusandus sit. Ratio autem posterioris partis est, quia cum pars non sit certa, non potest commode dividi obligatio, quia multis scrupulis, & perplexitatibus patet circa quantitatem, ad quam est potentia, & censio servandam esse regulam n. 1. traditam, ut major pars trahat ad se minorem, & juxta potentiam ad illam obligatio haec iudicanda sit. (Ut n. 1. probavi.) Et juxta hanc regulam cessant perplexitates, & scrupuli. Quippe facile cognosci potest an ad majorem partem adit potentia. Quod fit respondens, quid sit potentia ad solam aequalem partem; & respondeo quod teneri illam recitare omitta alia, ad quam non est potentia. Quia non est aliqua ratio, ob quam hic excusetur. Et ita sentit Philari. cap. n. 1. ad finem allegatus.

9. Hinc non approbo discrimen, quod statuit Manuel n. 2. allegatus inter praecipiunt jejunii quadragesimalis, & recitandi officii canonici, censens regulam n. 1. traditam habere verum in hoc, non autem in illo praecipto. Ut ibi cum eius fundamentum laetius retuli. Sed dicendum est regulam esse generalem in utroque praecipto, & quibuscumque illis dividuis. Et ideo si potentia jejunandi aliquo quadragesimae die certa sit, obligat praecipiunt jejunandi illa die. Ut contingere possit alicui, qui defectu sufficientis alimentis non potuit jejunare, vel morbi, aut alicujus occupationis ratione, quocumque enim sufficientis alimentum habuerit, vel morbus, & occupatio omnino cessantur, tenetur hic jejunare. Et in hoc eventu intelligendos censio Caser. sum. verb. Jejunium cap. 3. S. ex pietate autem: & Navar. sum. c. 21.

Hispani nu. 14. Lat. n. 20. dicentes impotentes ad jejunium totius quadragesimae, potentes vero semel in hebdomada jejunare, teneri ad id. Si autem quantitas dierum, quibus quis jejunare potest, incerta sit proflus, standum est regula n. 1. praed. tradita, ut major pars trahat ad se minorem. Et si aequalis sit pars, quia constat posse illum dimidia quadragesima jejunare, ut teneatur illa jejunare. Quia ratio militans in officio divino, militat proflus in hoc casu: res enim haec eisdem scrupulis, & perplexitatibus patet, ac valetudinis, defectus vidus sufficientis, laboris officii, sepè tantum quempiam futurum, ac perplexitatibus non immodicè vexandum, an uno, vel altera die jejunare valeat. Sicut excusatus ob similes causas ab integro officio recitando tunc esse potest, an unam, vel alteram horam recitare valeat. Et si dicas (ut ait Manuel) posse in casu jejunii experientia, & consiliis utroque medico cognosci, an hic possit aliquibus diebus jejunare: cur id non poterit circa officium divinum?

CAPIT XX.

Qualiter dispensatio à praecipiunt transgressione excuset?

SUMMARIUM.

An dispensatio oblique infra causa concessa excuset à transgressione naturalium praecipiunt? n. 1. An excuset à transgressione praecipiunt humani? n. 2. An utero dispensatio sit brevis peccet? n. 3. Quis possit in his legibus dispensare, ita ut eius dispensatio excuset? n. 4.

DE hac quaestione latissime disputavi l. 8. de matrim. disp. 17. & 18. Et ideo tantum referam hic aliquas conclusiones proposito detervientes, ex multis, quae ibi dixi, & earum probationes, Auditorque omittam, ut ibi videantur. I. Conclusio. Sit dispensatio sit in jure naturali videtur, ut in voto, & absque legitima causa fiat, peccat mortaliter concedens, etiam si sit summus Pontifex: & is, cum quo dispensatur, & petendo, & utendo illa, si consensit sit defectus causae: & dispensatio est irrita, ac proinde nullatenus à praecipiunt transgressione excusat. 2. Conclusio II. Idem proflus dicendum est, quando inferior in lege humana superioris dispensat casu, quo dispensare potest. Ut si Episcopus dispenset, ut aliquis laboret in aliquo festo, absque legitima causa, dispensatio erit nulla, & concedens, ac petens peccabit mortaliter, ilaque utens: nec à legis transgressione excusabit. Si tamen ipse legislator dispenset in lege propria absque legitima causa, peccat venialiter, nisi scandalum grave, aut notabile aliorum detrimentum sequatur. Et simili culpa inficietur potens illam, si consensit sit defectus legitima causae. Ad dispensatio erit valida, atque excusabit ab illius legis transgressione. Ut si Pontifex, sic dispenset in quacumque lege Ecclesiastica: vel Episcopus, aut quisvis alius legislator in jus.

3. Conclusio III. Utens hac dispensatione legislatoris in propria lege, absque legitima causa concessa, peccat venialiter, cessante gravi scandalo, & notabili aliorum damna, non contra legem illam humanam, quae omnino per dispensationem abolita est, sed contra jus naturale, dicans potest debere conformari suo toti, nisi iusta discrepanti causa urgeat. Quare hic lege illa naturali tenetur eam legem humanam servare sub veniali.

4. Ultima conclusio. Episcopus non potest in legibus Ecclesiasticis Pontificis, vel Concilii generalis, jure ordinario dispensare; ac bene potest in uno, vel altero casu, urgente necessitate: nisi dispensatio concedatur in eo canone. Quod late probavi l. 8. de matrim. tota disp. 5. An vero parochus aliquando possit, in singulis praecipiunt tradendum est.